



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvvm**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Debitvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

1481 Correptio fraterna.

sciunt; quia illud damnum famæ cedit bono spiritali correpti. Granad. Ordo verò in eâ præscriptus Matth 18 obligat sub peccato, nisi vel publicum sit peccatum, vel secretò impediri non possit. Suar. &c alij 10. quamuis contrâ sentiat Hurtad p. 5 tr. 13. res. 41. & 42.

4 Peccata fornicationis in Religione sunt contra bonum publicum, atque adeò Superiori denuntianda: præmissâ tamen correctione fraternâ, nisi quis cesserit iure suo. Mirand. &c alij 20. p. 3. tract. 2. res. 69.

D

DEBITVM.

1. **Q**uamuis certus de debito, &c dubius de solutione, teneatur soluere; quando tamen & debitor & creditor dubitant, probabile est, non nisi partem iuxta qualitatem dubij soluendam. Layman p. 4 tr. 3. res. 32.

2. Quando quis multa contraxit debita apud cumdem creditorem, potest eligere, veri malit prius satisfacere; unde si aliquid soluat, id censetur soluere

pro

pro debito quod magis grauat. Molin.
& alij 8.p.2.tr.16.ref.49.

3 Ut creditor vti possit compensatio-
ne, requiritur 1. vt debitum sit certum,
ita vt debitor teneatur in conscientia
soluere. 2. vt non plus capiat quam sibi
debetur. 3. vt debitum sit statim, & illo
tempore restituendum: nisi forte jam
possit, & postea non esset spes recupe-
randi praefixo tempore. Neque opus est
recurrere ad iudicem, modo compen-
satio fiat occulte, & sine scandalo.
Malder. & alij 2. ibid. ref. 46. Imo com-
pensatio illa fieri potest etiam in depo-
sito, quando non est alia via suum re-
cuperandi (Lessius & alij 9.) Vel etiamsi
sint alij creditores anteriores: neque
enim tenetur quis rem suam amittere,
cum illam recuperare possit, & per con-
sequens tales non ligantur monitorio
sub pena excommunicatio, imperante restitu-
tionem. Comitol. & alij 4.p.3.tr.5.ref.10.
& in Addit. 3.p.ref.1. & p.5.tr.13.ref.79.

4 Debita etiam contrafacta ad alienam
familiam, non tenentur soluere neque
filii ex maioratu ante instituto, aut ex
bonis vinculatis, (Sanch. & alij 3.) ne-
que vxor ex sua dote. Sanch. & Molin.
et si alij contra sentiant. p.6.tr.7. ref.20.

5 Debitor in extremâ necessitate non tenetur soluere creditori, licet sit in simili necessitate: quia cùm omnia tunc sint cœmunia quoad usum, melior est conditio possidentis. Vasquez & alij. Aliud esset si quis ad similem necessitatem redacto rem abstulisset. (Azor. & Lorca) quia tunc esset violentus, & nō legitimus possessio. p. 5. tr. 8. ref. 11.

6 Debitor in extremâ necessitate debet potius subuenire patri, matri, uxori, filiis, iude & fratri, quam creditori soluere. Less. & alij. 4. ibid. ref. 12.

7 Qui dat alteri 100. nesciens se tantum ipsi ex iustitiâ debere, satisfacit tamē debito; quia semper est implicita intentio satisfaciendi obligationi, si quæ sit. Baldel. p. 5. tr. 13. ref. 94.

8 Qui emit domum, vel fundum ad plura debita hypothecatum, non tenetur in conscientiâ illa debita soluere, vt docet Valer. cùm enim principalis debitor (vt supponitur) non sit soluendo, ideoq; coram Deo maneat solutus omni obligatione, multò magis emptor rei hypothecatæ, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Quæ opinio an sit probabilis, aliorum iudicio reputto. p. 2. tr. 16. ref. 40.

8 De-

Debitum coniugale. 151

9 Debitor qui est in morâ tenetur ad restitucionem damni , vel lucri cessa-
ris, et si nullum tale pactum in contra-
etu sit appositum. Molin. Imò post plu-
res annos debebit soluere interesse
ipsius interesse. Filliuc. & alij. p. 5. tr. 13.
refol. 78.

Debitum coniugale.

1 Primo bimestri et si coniux non co-
gitet religionem ingredi , potest
non reddere debitum. Sanchez & alij 2.
p. 4. tr. 4. ref. 133.

2 Pactum inter coniuges se conti-
nendi, ne proles multiplicetur, secluso
incontinentia periculo , est validum.
Imò & ob illam causam debitum ne-
gare, ne ob multiplicationem prolis
ad inopiam redigantur , vel nulla est
culpa (Sanchez & Ledesma) vel saltem
non est mortalis. Sotus & Sà. part. 3.
tract. 4. ref. 213.

3 Negare debitum non est mortale,
quoties alter non exegit absolute , nisi
præ verecundiâ non auderet absolute
exigere. Neque si raro negetur: ut si vir
quater soleat petere in mense, & quin-
tâ vice negetur: neque si nimis crebro
petatur. Ochagan. & alij. p. 5. tr. 14. re. 36.